[illegible] Coll. S. J.

Petricoviensis Soc. Iesu phil. Orat.: Tribunal Alexandri- -in scenam datum. 1713

br.

TRIBUNAL
ALEXANDRI
JLLUSTRISSIMO
&
REVERENDISSIMO
ALEXANDRO
ANTONIO
FREDRO,
Tribunalis Poloni
PRÆSIDENTI,
REGNI SECRETARIO,
Canonico & Cantori Gnesnensi,
Præposito Gołąbiensi & Mederecensi,
IN SCENAM DATUM,
A devinctissimis tanto nomini Oratoribus, Petricoviensium
Scholarum Societatis JESU.
Anno 1713. Mense Novembri.

Typis Collegii Calissiensis Societatis JESU.

19.

ARGUMENTUM.

ALEXANDER, accuſatore querelas deponente, aurem alteram occludebat, interrogatus cur id faceret, alteram inquit integram ſervo reo. Antonin: in Meliſſ: parte 2. ſerm: 53. & Plut.

ANTIPROLOGUS.

Jlluſtriſſimorum FREDRORVM Monoceros, Iuſtitiæ aram implet; Polona Themis lauro illum devincit, cantus accinit Domum hanc Honoris & Iuſtitiæ, aram eſſe & victimã.

PROLOGUS.

VIctorem ALEXANDRUM & Judicem, JLLUSTRISSIME & REVERENDISSIME Poloni Areopagi PRÆSES, ad Tuum Tribunal clementiæ ſiſtimus. Ita ille ſuam triumphis aſſeruit gloriam, ut Juſtitiam quoq; redderet galeatam.. Unam tantum aurem, concedere magis quam dare querelis viſus, ita injuriatorum patebat precibus, ut excuſandi quoq; viam non præcluderet. In hoc tamen tuo obliquus nomini, quod magnitudinem, quæ FREDRORUM domi conſenuit, ſibi vendicet, qua ornare orbem potes, carere non potes, Unum enim eſſe, quodcunq; Tuum, é Tuo diſcimus Unicorni, qui nulli pari acumine, orbem, metam ſibi deſtinat, non terminum. Quid quid igitur de ALEXANDRO Scena proferet, de Te potius JLLUSTRISSIME & REVERENDISSIME PRÆSES, dictum puta: Ita enim ALEXANDRI facta exprimis ut deprimas, & magnitudini ille Tuæ, nomen dare poteſt, non menſuram.

INDU-

INDUCTIO I.

ALexander collatas toties feliciter manus, otio teneri conqueritur, lauream bellis ſuis deberi ajens, non coronidem; Ducum ſuorum lætior applauſu, Montani populi ſaltu tædium levat.

INDUCTIO II.

FOrtuna, quæ ubiq; Alexandro comes, quieſcere bella perſuadet, non deſinere. Armari Indiam exploratores deferunt: conflictus Macedonum Duci demandantur, utrinq; acies inſtruitur. Indus deditione cladem redimit.

INDUCTIO III.

VIctor & victus exercitus, convivio ab Alexandro excipitur. Inſternuntur menſæ, hoſte proſtrato, ſcyphos quoq; Alexandri, galeas eſſe, tubæ concinunt; vitreo ſaltu, nunquam fragili Alexandri Fortunæ alluditur.

INDUCTIO IV.

JUſtitia armis Orbem premi, injuriis opprimi queritur. Alexander injuriatorum querelas, una aure accipit, facti cauſam reddens, audiri debere querelas illico, ſed non illico exaudiri. Injuriatoribus quibuſdam, pecuniariam mulctam, quibuſdam vincula irrogat.

INDUCTIO V.

JUſtitia Alexandrum laudibus conſecrat, Alterum illi Polonia deprædicat, JLLUSTRISSIMUM & REVERENDISSIMUM ALEXANDRUM FREDRO Tribunalis Regni PRÆSIDENTEM, arctatas, Senatoribus & Præſidentibus Domus hujus curules, eorundem indictione explicat.

INDU-

INDUCTIO VI.

MArs Polonus Polona trophæa, JLLUSTRISSIMORUM FREDRORUM factis computat aciem eſſe non domum prædicat, triumphis natam & deſtinatam. Dictis Juſtitia fidem adhibet & elogia, nomen hoc ab Origine prima Themidi ſemper & Marti docens militaſſe.

INDUCTIO VII.

JUſtitia Polono ALEXANDRO, JLLUSTRISSIMO & REVERENDISSIMO Poloni Tribunalis PRÆSIDENTI ſeipſam tradit. Monocerotem Parnaſſo illatum, ligata Pòëtarum oratione, ſibi obſtringi jubet. Unde juſtitiæ eſt tantum nomen laude proſequi.

EPILOGVS.

JLLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI PRÆSIDIS *facta continet & elogia: diſsimulat as innumeras virtutes æternis relegat encomiis.*

A. M. D. G.